

NOVELLÆ
CONSTITVTIO-
NES IMPERATO-
RVM IVSTINIANO
ANTERIORVM,

Vt,

THEODOSII,
VALENTINIANI,
MARTIANI,
MAIORIANI,
SEVERI,
LEONIS &
ANTHEMII,

NVNC PRIMO IN VNVM COR-
PVSCOLLECTÆ ET IVN-
ctim editæ:

Ex noua recensione & emendatione

CVNRADI RITTERSHVSI IC.
& Antecessoris Alcorphini.

Cum eiusdem NOTIS.

FRANCOVRTI,
APVD EGENOLPHVM EMMELIVM,

ANNŌ. M. DC. XV.



NOB. ET AMPLISS. VIRO

MARQVARR.
DOFREHEROIC.
EL. PAL. CONSILIA-
RIO, FAVTORI
Suo EXIMIO:

S. P. D.

Cunradus Rittershusius.



*N*ouellas Iustiniani quid noui ope-
ris parem. Vir Nob. & Ampliss. ex in-
cluso specimine quadam tenus cogno-
sces, & dum res integra est, consilio me
auxilioq. tuo, ut soles, fideliter ac pru-
denter ibis adiutum. Vide quantum de te fiducia sit
mihi. Cum enim id de te facturum vltro mihi polli-
ceatur insigne illud iuuanda ac promouenda reipub.
studium, cuius plurima foras iam olim dedisti, eaque
illustra documenta, nec cessas subinde plura emitte-
re, beneuolentia quoque tua erga me, per annos iam
multos continuata, multisq. testata exemplis: ne roga-
bo te quidem te sollicitius aut operosius. Hoc potius

);(2

agam;



LEGVM NO-
VELLARVM DI-
VI THEODOSII
A. LIBER I.

TIT. I.

De Theodosiani Codicis auctoritate.

*Impp. Theodosius & Valentinianns A.A. Floren-
tino pp. Orientis.*



Æpè nostra clementia dubitã-
uit, quæ causa faceret, vt tantis
propositis præmiis, quibus ar-
tes & studia nutriuntur, tam
pauci carique exstiterint, qui

*Perfecti
iuris-
consult.
cur pau-
ci.*

plena iuris scientia ditarentur. Et in tanto lu-
cubrationum tristi pallore, vix vnus aut alter
recepit soliditatem perfectæ doctrinæ:
Quod nequaquam vltèrius sedula ambigui-
tate tractetur, si copia immensa librorum, si
actionum diuersitas, difficultasque causarum
animis nostris occurrat, si deniq; moles con-
stitutionum Diualium, quæ velut suppressa

A

de met,